



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

poni exceptio excommunicationis, ut potest agenti interdicto Vnde vi. *cap. ult. de except.* Ratio, quia hæc petitio magis sapit naturam defensionis, quæ excommunicato permittitur, quàm actionis aut impetitionis, quæ excommunicato denegatur, *cit. cap. ult. s.* deniq; hoc remedium datur cōtra quemcunq; possessorem: *cap. ex parte. de testib.* interdictum verò unde vi: contra eum duntaxat, qui vi dejecit, aut deici mandavit, aut dejectionem suo nomine factam ratam habuit. *L. 1. ff. de vi & vi armata.*

17. Peracto appellationis iudicio, utrius est executio Judicis à quo, an qui appellatus est? Distinguit *Host.* eumq; secutus *Cuiac. 20. obs. 36.* Confirmatâ priorē sententiâ Judex à quo appellatum, si jurisdictionem habeat, rem judicatam exequitur: rescissâ verò Judex appellationis. *Rectius* alii sine distinctione Judicem appellationis executorem faciunt. *arg. L. 19. 32. §. in his autem C. de appell. Barth. ad L. 6. §. 1. in fin. C. eod.*